UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis, Bibliothecis, et aliunde

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Cellae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69234

Visual Library

Anna con. & Paulo fil. morbo populari extinctis, hac terra condito. Georg. Fabritius Chem. Præceptori ſuo incomparabili. Obijt Kalend. Ianuarij M. D. LIII.

Dominus adiutor in oportunitatibus.

C E L L AE.

M E M O R I AE

CATHARINAE TILENIAE Cellenſis, Melchioris Danquardi Secretarij Megapolitani vxoris pudiciſſ. ſeptimum prægnantis, ſed inter Hericopol. & Brunſuigam ebrij aurigæ incuria cum viro & duobus filiolis bis vehiculo excuſſæ, & ita conſternatæ & læſæ, vt paulò pòſt huc delata, abortum fecerit: & vndecimo pòſt die, ipſa quoq; piè obdormierit: & hoc ipſo in templo, quod ante an. XVI. ſponſa adierat, in ſpem lætiſſimæ reſurrectionis, ſepulta ſit. Anno CIↃ. IↃ. XXCIV. Decemb. XII.

Maritus coniugi dulciſſ. & opt. de ſe meritæ pietatis ergò cum luctu & lachrymis P.

BRVNSVICENSIA.

IN TEMPLO CATHEDRALI.

Hic iacet HENRICVS quondã Dux, conditor huius
Eccleſiæ, dignus nobilitate pius:
Moribus ornata ſibi coniux eſt ſociata,
Pauperibus larga, ſimplicitate pia.
Inclyta MECHTILDIS Anglorum filia Regis.
Nutriat angelicis hos Deus ipſe cibis.
Adiacet aptatus Rex horum ſanguine natus

OTTO